



# **Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1857**

IX. Der Abt des Klosters Mariensee bekennt, daß Johann und Gottfried von Greiffenberg für die Besitzungen des von ihren Vorfahren gegründeten, dem Kloster einverleibten Hospitals zu Greiffenberg dem ...

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54745](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54745)

illustri princeps Johannes, Marchio brandenburgensis, in fundo sue proprietatis Domum ordinis nostri in remissionem suorum peccaminum de consensu heredum suorum fundare decreuisset et nostris predecessoribus ipsum locum exhibuisset, idem princeps, ut de ecclesia leninensi fratres in eundem locum, qui nunc Stagnum sancte Marie vocatur, destinarent, ut regulam beati Benedicti, simul et ordinem, in omnibus obseruarent, placuit tam nobis quam et generaliter toti conuentui nostre ecclesie, ut voluntati dicti principis obtemperaremus et sic de consensu omnium nostrorum in eundem locum fratres sunt transmissi, simul et abbas est ordinatus. Insuper prehabito maturo consilio decreuimus in communi ipsis fratribus de possessionibus leninensis (ecclesie), Quas possidet trans Oderam, centum mansos conferre, videlicet in Godekenstorp LXIII et in villa Walterstorp XXXVI cum pratis, pascuis et ceteris utilitatibus, que nunc ex ipsis mansis et in posterum prouenire poterunt. Simul et jus patronatus Ecclesiarum illarum et villicationum, ea libertate et integro jure, quo ipsos mansos nostra ecclesia dinoscitur possedisse. Ut igitur hec donatio permanenti firmitate constet subnixi, Sigilli nostri munimine decreuimus insigniri, Adiunctis testibus Leninensis ecclesie Monachis, Quorum nomina sunt hec: Robertus, prior, Richardus, portarius, Henricus, Cantor, Conradus, Magister operis, Theodericus, Custos, Johannes, chamberarius, Wilhelmus, Notarius, et alii quam plures. Datum Lenin, anno domini M<sup>o</sup>. CC<sup>o</sup>. LX<sup>o</sup>.

*Nach einer Copie des 15. Jahrhunderts im R. Geh. Staats-Archiv.*

IX. Der Abt des Klosters Mariensee bekennt, daß Johann und Gottfried von Greiffenberg für die Besitzungen des von ihren Vorfahren gegründeten, dem Kloster einverleibten Hospitals zu Greiffenberg dem Kloster zwei Mühlen überlassen haben, im Jahre 1261.

Vniuersis crisi fidelibus scriptum presens inspecturis Frater S., diuina miseracione Abbas Stagni sancte Marie virginis, perpetuam in domino salutem. Facta majorum ad hoc scripto mandantur, ne vicissitudine temporum vel mortalif conditionis obliuioni tradantur Aut prauorum hominum machinatione deprauentur. Eapropter ad noticiam euntorum tam presentif quam futuri eui hominum volumus peruenire, Quod dominus Johannes, miles strenuus de Griffenberg, pro mansis et redditibus et Attinenciis hospitalis, quod situm erat in Ciuitate sua griffenberg quodque sui progenitores ad honorem dei et gloriose virginis Marie in vsus ac infirmorum in iam dicta sua ciuitate fundauerant, Ecclesie nostre de Consensu germanorum suorum, videlicet Godefridi et , contulit molendina duo, vnum in villa Jordanstorp, alterum vicinius in superiore parte eiusdem fluminif, Cum omni jure et possessionis Integritate ac libertate, qua ipse et sui predecessores ipsa possederant, Cuntamque suppellectilem eiusdem hospitalis nobis addidit tali tamen Conditione, quatinus apud ecclesiam nostram perpetuo, ob Reuerentiam ihesu cristi, gloriose matris sue virginis Marie et in Remedium anime sue necnon et progenitorum ac heredum suorum, permaneat hospitalitas pauperum ac decumbentium infirmorum. Preterea supradicto Nobili et nobis placuit, ut iam dicta Molendina, si prosperitate illecti vel aliqua molestia compulli vendere cogamur, nemini vendamus, nisi prius sibi heredibusque suis ipsa exhibeamus ad redimendum, hoc apponentes, Si casu vel infortunio nouercante contigerit quis excessus in ipsis molendinis ac eorum terminis, qui nostro Consilio vel eciam Iudicio seculari, quo in nostris vitmur bonis defensandis, nequa-

quam valeat fopiri, nullius secularis potestatis, nisi sepe dicti nobilis ac heredum suorum primo ammiculum requiramus, Sic tamen ut nostro Juri ex hoc nullum preiudicium generetur. Vt igitur donatio simul et exceptionis conditio sepe repetiti militis, domini Johannis, apud nos jugiter vigeat ac perseveret, presentem litteram appensione Sigilli nostri nec non et sui Roborauimus, Ad maiorem firmitatem nomina testium subnotantes, Que sunt Johannes prepositus in Stolp, Albero, Marscalcus ac frater suus Johannes de Brunchof, Johannes, Aduocatus, Conradus Cleist, milites, Henricus de bellingen, Conradus de Lyderstorp, Conradus de Serwitz, famuli, Et alii quam plures. Acta sunt hec Anno domini millesimo ducentesimo LX primo.

Nach dem Original des Königl. Geh. Staats-Archives.

Anmerkung. Die Lücke für die Angabe des dritten der Gebrüder von Greifenberg ist im Original unangefüllt geblieben. Auch ist dasselbe, neben dem Siegel des Abtes, nur von zwei Brüdern, mit dem einen Hirschkopf mit hohem Geweih darstellenden Siegel der von Greifenberg unterseigelt, und von diesen Siegeln eignet die noch lesbare Legende das erstere dem Johann von Greifenberg zu. Auf der Rückseite trägt die Urkunde die alte mönchische Inschrift: Privilegium de hospitali in greifenbergha translato in choryn et de addicione molendinorum.

X. Die Markgrafen Johann, Otto und Conrad bestätigen dem Kloster Mariensee die von ihrem Vater Johann und dessen Bruder Otto gemachten Zuwendungen und fügen noch das Dorf Parstein und verschiedenes Andere hinzu, am 2. Februar 1267.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Johannes, Otto et Conradus, dei gratia Brandenburgenses Marchiones, omnibus in perpetuum. Licet omnis actio que rationi innititur et titulis iustitie insignitur perpetue validitatis robore sit firmanda, ea tamen potissime, que in sui natura nichil continet terrenorum ymmo specialiter deputata est usibus Jhesu Cristi, hoc est in ministerium in sancte religionis proposito famulantium Jhesu Cristo, principali nostra auctoritate ratam et rationabilem esse decet, et sicut iuste et debite concepta fuerit atque facta, sic sit decenter et utiliter ad evitandam contradictionem in posterum scriptis autenticis confirmanda. Sane dilectus nobis in Cristo frater Bernardus, Abbas, et Collegium novelle plantationis Stagni sancte Marie virginis a nobis postulatione humili petierunt, ut privilegium possessionum suarum, ab illustribus principibus domino patre nostro Johanne inclite memorie et Ottone, patruo nostro, Marchionibus Brandenburgensibus, monasterio suo datum, roborare nostre confirmationis ammiculo dignaremur et est ipsius privilegii talis tenor (Urkunde No. V.). Considerata igitur pia petitione domini Abbatis et collegii supradicti nec non donatione magnifica principum predictorum, ut liberalitas, quam adinuenit deuotio, et donatio, quam sinceritas adimpleuit, Deo ibidem famulantibus fiat quoque ad temporale subsidium fructuosa, ita ut temporalibus adjuti subsidiis ad eterna intendant facilius et aspirent, donationes inscriptas memorato privilegio, sicut pie et iuste facte sunt, dicto collegio ex intima cordis nostri deuotione et mera liberalitate animi confirmamus. Dantes insuper predicto collegio pro dicti Domini et patris nostri anima ac pro omnium predecessorum nostrorum requie, quorum memoriam fieri volumus frequentius apud collegium dictorum fratrum, nec non pro nostra salute et anime nostre remedio speciali villam Parsten cum omni juris et libertatis integritate cum distinctionibus terminis usque ad hec tempora habitis, cum omnibus utilitatibus ex ipsa villa proue-